Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214698-p0001-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214698-p0002-0

# DISPVTATIO DE VTILISSIMA SOCIETATIS MATERIA

QVAM

*AVSPICE ET IVVANTE DEO*

*Ex conſenſu & autoritate Nobiliß. & ampliß. ordinis ICtorum in illuſtri ac celeberrima Academia Ienenſi*

SVB PRAESIDIO

LEOPOLDI HACKELMANNI I. V. D.

& Profeſſoris Pandectarum

Publici exercitii cauſſa diſcutiendam proponit

*CAROLVS STARCK*

*Dreſdanus.*

*Ad diem* 18. *Novemb. hora* 7. *matutina & ſeqq. in auditorio ICtorum.*

IENAE

Typis Tobiæ Steinmanni, Anno 1598.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214698-p0003-5

Nobiliſsimis, ampliſsimis, per-
antiqui generis ſplendore, ſumma dignitate, atque au-
toritate, veræ virtutis inſigniſque eruditionis laude, ac
variarum rerum vſu præſtantiſsimis
viris,

Dn. GEORGIO VDALRICO AB ENDE

ET

Dn. ESAIAE à BRANDSTEIN

Illuſtriſsimorum Septemviratus Saxoniæ heredum
atque Ducum &c. conſiliariis

Dominis, patronis & Mecœnatibus
ſuis omni obſervantiæ cultu ſub-
miſsè ac devotè colendis,

Haſce de ſocietate poſitiones
in
Legalis ſtudii Symbolum, ſingularis
munificentiæ teſtimonium, perpe-
tuæ gratitudinis monumentum

O. D. C.

Carolus Starck Dreſdan.

# DE SOCIETATE

## THESIS I.

Licet ſocietatis vocabulum interdum idem valeat ac communio, propriè tamen inter ſe differunt: Communio enim etiam ſine contractu: ſocietas vero non niſi cum contractu fieri dicitur.

*l. vt ſit. 31. cum trib. ſeqq. π. h. t. arg. l. nihil intereſt. 2. π. com. diuid. §. 3. Inſt. de oblig. quæ q. ex contrac. naſc. Roman. conſ. 68. n. 3. Cuiac. 10. obſ. 25. Duaren. tr. eod cap. 1. VVeſenb. in rubr. Inſtit. eod. & in parat. π. eod. n. 1. Hopper. lib. 5. πειθανῶν. Muda. in rubr. π. hic n. 5. Donel. 13. com. 15.*

II.

Sic Græci duo habent vocabula κοινωνίαν & κοινοπραξίαν, quorum illud generale eſt, ad omnem communicationem, quæ contractu & quæ ſine contractu, hoc ſpeciale, ad eam, quæ contractu, fit, pertinens.

*Gothofred. in d. l. vt ſit. 31. π. h. t.*

III.

Pariter germanis generale eſt Gemeinſchäfft/ ſpeciale & proprium huius contractus Geſelſchafft: Et magis ſpecialiter inter mercatores Gewerbe/ Geſellig gewerbe/ Gewerbegemeinſchafft/ & Gewerbsvorſchreibung: Et ipſi ſocii Gewerbsvorwandten & Gewerbsleute.

*Modeſt. Piſt. conſ. 45. vol. 1. Et ibi in fin. Simon. Piſt. conſ. 3. q. 1. Cling. p. 3. iur. Sax. tit. de ſociet. & com. Gail. 2. obſ. 24. in pr. num. 6. Freig. in rubr. Inſt. h. t.*

IV.

Societas igitur hîc eſt contractus, (a) jurisgentium, (b) nominatus, (c) bonæfidei, (d) ex conſenſu, (e) de re (f) eiusque lucro communiter habenda. (g)

(a) l. ſocietates. π. h. t. l. Labeo. 19. π. d. V. S. l. iurisgentium 7. §. 1. π. de pact. §. fin. Inſt. de oblig. iunct. §. vn. Inſt. de oblig. ex conſ. §. 1. & 6. Inſt. h. t. l. 5. π. eod. (b) l. ex hoc iure. & ibi DD. π. de iuſt. & iur. d. l. iurisgentium. §. ius autem. Inſtit. de iur. nat. gent. & civ. Don. 1. com. 7. f. 78. Connan. 7. com. 13. n. 1. (c) d. l. iurisgentium. §. 1. (d) §. Actionum. 28. Inſtit. de Action. l. 3. in fin. π. pro ſoc. Brachæ. in l. bonæ fidei. 110. n. 3. π. de V. S. Decian. reſp. 39. n. vlt. vol. 1. Corn. conſ. 98. n. 4. & conſ. 214. n. 3. vol. 4. Delrio ad l. contractus. cap. 16. in pr. π. de R. I. (e) l. conſenſu. 2. π. de O. & A. l. qui admittitur. 19. π. h. t. l. 4. vbi Gothofr. π. h. t. In pr. Inſtit. de oblig. ex conſ. Azo in ſum. C. pro ſoc. n. 2. Decian. reſp. 36. n. 29. col. 1. Gomez. reſol. tom. 2. cap. 5. num. 1. Connan. lib. 7. com. 13. n. 1. Valaſc. conſult. 34. n. 3. tom. 1. Moz. h. tr. art. 5. n. 2. vbi dicit, eum eſſe de ſubſtantia. Soc. Sen. conſ. 4. n. 2. Decian. reſp. 85. n. 3. vol. 2. Cuiac. in parat. C. eod. (f) in pr. Inſt. h. t. d. l. 5. l. 1. C. h. t. (g) l. 1. §. 1. l. 3. §. 1. l. ſi non fuerint 29. cum l. ſeq. l. ſi vnus. 67. l. verum eſt. 63. §. ſi cum tres. 5. π. h. t. §. 1. 2. 3. Inſt. h. t. §. 3. Inſt. de oblig. quæ ex q. contrac. l. 2. π. com. divid. l. 4. C. com. div. Paul. 2. ſent. 16. Donel. 13. com. 15.

V.

Non verò intereſt conſenſus expreſsè an tacitè, re & verbis (a) inter præſentes: inter abſentes per nuntium, epiſtolam vivam, (b) & per epiſtolam, nuntium tacitum declaretur (c).

(a) interveniente ſcilicet ſtipulatione aut pacto. Socin. Sen. conſ. 4. n. 1. vol. 4. Roland. à Vale. conſ. 91. n. 24. vol. 1. Moz. h. tr. art. 2. n. 13. Petr. de Vbald. tr. de duob. fratr. p. 2. in pr. Mynſ. poſt Cling. n. 3. Inſt. h. t. in princ. (b) Epictet. in colloq. hab. cum Hadria. (c) l. ſocietatem. 4. & ibi Gothofr. π. h. t. l. 2. & ibi DD. C. eod. Anchor. conſ. 302. n. 2. Socin. ſen. conſ. 4. n. 2. vol. 4. Petr. de Vbald. tr. de duob. fratr. p. 2. Maran. in ſpec. p. 4. diſt. 4. num. 4. Guido Papa conſ. 20. n. 1. & 2. VVeſenb. conſ. 31. n. 28. Gœden. conſ. 87. n. 5. Cuiac. in parat. π. eod. Mynſ. reſp. 18. n. 32. Sichard. in rubr. C. pro ſoc. nu. 5. Donel. 13. com. 15. Duaren. c. 1. h. t. Connan. 7. com. 13. P. Fab. in l. 47. nu. 13. π. de R. I.

VI.

An autem omnium bonorum ſocietas, omnis lucri communionem continens, tacitè contrahi poſsit, valde dubium

bium eſt. Qua in re, ſi actus eius naturam ſapiant, (a) affirmatiuam ſequimur. (b)

(a) *Bart. in l. Titium. §. altero. n. 6. π. de admin. & peric. tut. Bald. in l. ſi patruus. 4. n. 16. C. com. vtr. iud. Iaſ. in l. 1. n. 13. C. Qui teſtam. fac. poſſ. Socin ſen. conſ. 291. n. 1. vol. 2. Decius conſ. 548. nu vlt. Corn. conſ. 58. in pr. vol. 4. Alex. conſ. 154. num. 5. vol. 2. Natta conſ. 300. n. 2. vol. 1. Neviz. conſ. 76. n. 8. Addit. ad Laudenſ. conſ. 34. nu. 10.* (b) *Socin. ſen. conſ. 291. n. 1. vol. 2. Ruin. conſ. 104. vol. 1. Barbac. conſ. 37. n. 12. vol. 2. Decius conſ. 21. Corneus conſ. 58. in pr. vol. 4. Decian. reſp. 36. n. 4. Soarez. in theſaur. recept. ſent. lit. S. nu. 134. Villalup. in com opin. lit. S. num. 65. Gribald. in com. opin. verb. ſocietas. Nevizan. conſ. 76. n. 8. Maſcard. de probat. concl. 1309. nu. 21.* Diſſ. *Accurſ. in l. 3. §. cum ſpecialiter. & in l. coiri. π. h. t. Alexan. conſ. 76. n. 7. & 8. vol. 1. Paul. de Caſt. conſ. 349. col. fin. vol. 1. Cœpol. conſ. civ. 42. n. 6. & alij.*

VII.

Non tamen inter fratres indiviſis bonis patre mortuo cohabitantes, ſocietas contracta cenſetur, (a) niſi & alij actus ſociales acceſſerint (b).

(a) *l. ex parte. 39. §. filius. & ibi Coſtal. π fam. herciſc. Harmenop. lib. 3. tit. 10. Alexan. conſ. 152. in f. vol. 7. Neviz. conſ. 76. nu. 8. Corneus conſ. 214. n. 3. vol. 4. Natta conſ. 264. Iacob. Aemyl. conſ. 58. n. 9. Soarez. theſ. recept. ſent. lit. S. n. 125. Decian. reſp. 36. n. 9. & 35. vol. 1. Menoch. 2. arbitr. iud. quæſt. caſ. 127. n. 15. Schneidevv. in §. quædam actiones. n. 56. Inſt. de action.* (b) *arg. l. cum duobus. §. Papinianus. & §. idem Papinianus. 8. π. h. t. art. 12. & ibi gloſſ. lib. 1. Sandr. Bart. in l. Titium. §. altero. n. 5. π. de admin. tut. Ioan. de Amic. conſ. 65. n. 1. & ibi Bolognin. Anchoran. conſ. 31. n. 1. & conſ. 149. n. 2. Roman. conſ. 470. Decius conſ. 21. n. 1. & conſ 651. n. 1. Alciat. reg. 1. præſumt. 25. n 2. & 5. Villalup. in com. opin. lit S. nu. 69. Faber. in pr n. 2. Inſt. de ſociet. Valaſc. conſult. 63. n. 13. tom. 1. Marant. in ſpec. p. 4. diſt. 4. n. 13.*

IIX.

Inire autem ſocietatem poſſunt tam filiifam. (a) quàm patresfam. tam ſervi (b) quàm liberi, omnesq; qui non prohibentur.

(a) *l ſi id 58. §. ſi filiusfam. 2. π. h. t. l. filiusfam. 39. π. de O. &*

*A. Decian.conſ.11.n.2.vol.1.Moz.h.tr.art.3.n.5.(b)l.ſi ſervus.18. d.l.ſi id 58.§.ſi ſervus.fin.π.h.t.*

## IX.

Hinc demens,(a) errans,(b) furioſus, (c) prodigus, (d) perſona incerta(e) ſocietatem contrahere non poſſunt.

*(a) l. obſervare.6.π. de curat.furioſ.(b) l.nihil conſenſui. π. de R.I.(c) l.in negotiis.l.furioſi.π.d.R.I. §.furioſus.Inſt.de inutil. ſtipul. l. 2.C.de contrah.empt.(d)l.1.& l.mulieri.15.π.de curat. fur.l. patri. 27.in pr.π.de minor.§.item prodigus.& ibi VVeſen.Inſt.Quib.non eſt perm.fac.teſt.Borch.& Viglius ibid.gl.Bart.Bald.Angel.Caſtrens.Roman.Iaſ Ripa.Cuiac.Duar.in l.is cui bonis.6.π.de V.O. Mynſ.in §.furioſi n.6.Inſtit.de curat.Sichard.in rubr.C.Qui teſt.fac.poſ. num. 15. Mynſ.in §.furioſi.n.6.cum ſeqq.Inſt.de curat.Gail.2.de pac.publ.c.3. n.12.(e) § ſolvitur.Inſt.de ſoc.l.qui admittitur.19.π.eod.Specul.tit. de iudic.§.generalia.n.7.Hottom.in d.§ ſolvitur. en. 2. Moz. tr. eod. art.3.n.2.Duaren.h.tit.cap.3.*

## X.

Pupillus niſi ſocietas tutoris autoritate coita ſit non tenetur (a). Quod ſi tamen contrahat, & poſtea velit, vt alius ei ſit obligatus, valet ſocietas(b).

*(a) l. vt in conductionibus.33.π.h.t. l. obligari. 9. π. de autor. tut.Bart.in l. Titium.§.altero.n.5. π. de admin. & peric. tut. Alex. conſ.49.n.2.& 3.vol.1.Rom.conſ.413.n.14.Decius.conſ.556.n.1. & in l. in eo.110.§.pupillus.n.2.π.de R.I.Laudenſ.conſ.34.num.2. Decian.reſp.36.n.16.& 17.vol.1.Franc.Vivius lib.1.com.opin.verb. pupillus Gœden.conſ.86.n.3.(b) arg.l.Iulianus.13.§.ſi quis à pupillo 29.π.de act.emt.& vend.Corn.conſ.2.n.8.vol.2.Iaſ.in l. cum hi. §. eam transactionem n.2.π.de transact. Pariſ.conſ.84.n.5.vol. 1. Socin.Sen.conſ.160.n.23.vol 2.Ioan.de Amic.conſ.16.nu.10. Alexan. conſ.49.n.5.vol.1.Cravetta conſ.286.n.2.Moz.de ſociet.art.3.nu. 6.Alciat.de præſumt.reg.2.præſumt.25.n.2.Decian.reſp.78.num.2. vol.2.*

## XI.

Minor ſi curatorem habet abſque conſenſu eius non obligatur: ſin minus, rectè quidem contrahit, at læſus in integrum reſtituitur.

*l.1.l.3.l.7.l.in cauſſa.l.ſi minor.34.§.1.l.intra.39.§.1. l.ſeq.*

l. non

*l.non omnia.l.tutor.47.in pr.& §.1.l.pen.l.vlt.π.de minor.l.3.C. de in integr.reſt.Gœdd.in l.princeps.21.n.4.π. de V.S.*

## XII.

Quod ſi cum hoſtibus, hæreticis, & Saracenis contracta ſit ſocietas, ea ſubſiſtere ac valere nequit.

*Felin.in c. ego N. col.4.verſ.cum alijs.de iureiur. Decius. conſ. 51.Boer.deciſ.179.n.7.Danæ.2.Ethic.8.Schenck in c.1. Hic fin.lex Cun.1.de pact.22.n.71.Oldrad.conſ.71.Boe.de iur.pugn.lib.1.c.7. §.milites minores.Conrad. Laud.de bello.q.3.Nicol.Moz.h.tr.art. 3. n.23.*

## XIII.

Cum Iudæis verò, cùm quibus converſari nobis licet, ſocietatem contrahere non prohibemur,(a) ſi modo contractus coram magiſtratu ordinario, cui Chriſtianus ſubjectus eſt, celebretur.(b)

*(a) arg.l.8.l.10.C.de Iudæ.c.poſtulaſti.& c.ſi Iudæos.ex. de Iudæ. gl.in c.omnis.29.q.1.Bald.in l.ſpadonem. §. iam. autem. π. de excuſ. tut.Socin.Sen.conſ.62.n.15.vol.1. Boer.deciſ.179.n.6.Moz.d. loc. n.21.(b) Receſ.Imp.Auguſt.anno* §. dieſem zubegegnen.

## XIV.

Societas contrahitur ſiue vniuerſorum bonorum (quæ in dubio ſemper præſumitur (a) ſiue negotiationis alicuius, ſiue vectigalis, ſiue etiam rei vnius. (b) Vnde à quibusdam in vniuerſalem ſeu generalem, & particularem ſeu ſpecialem diuiditur (c).

*(a) l.coiri.7.Et ibi VVeſenb.in parat.num.3.π.h.t.Decius conſ. 304.num.7.Maſcard.concl.1309.n.23.& 24.Moz.de ſoc. art.20 nu.1.(b) l.ſocietates.5.π. h.t. in pr.Inſtit.de ſociet.Ferrar.in fin.lib. in cauſſa ſociet.verb.ſocietatem.n.1.Gomez.reſol.tom.2.cap.5.n.2.(c) ex pr.Inſt.h.t.Donel.13.com.16.*

## XV.

In ſocietate vniuerſorum bonorum omnes res, quæ coëuntium ſunt, ſiue mobiles ſiue immobiles ſint (a) continuo (b) communicantur (c).

*(a) Ioan.de Amic. conſ.16.n.1.(b) Gail.2.obſ.24.n.10.Mudæ. in l.1.§ fin (c) l.1.§.fin.cum l.ſeq.π.h.t.Cova.variar.reſol.lib.3.cap. 19.n.1.Corn.conſ.187.n.2.vol.3.Schneidvv.in pr.num.4.Inſtit.de ſociet.*

Futura

## XVI.

Futura tamen non ſtatim communia fiunt, ſimul atq; erunt adquiſita vni, ſed communicanda ſunt actione ſocietatis ad hoc propoſita, (a) niſi communi omnium ſociorum nomine & intentione omnibus adquirendi adquiſita & ab vero accepta ſint (b).

*(a) per l. ſi quis ſocietatem. 74. π. h. t. & ibi gl. Bald. in l. 1. §. in ſocietate. nu. 2. & in l. 3. vbi dicit, quod fictio traditionis non poßit porrigi ad futura. π. eod. Iaſ. in l. ſi ſocius. n. 1. π. ſi cert. petat. Couarruv. lib. 3. variar. reſol. c. 19. n. 1. Moz. h. tract. 6. n. 22. Gail. 2. obſ. 24. n. 10. Gomez. reſol. tom. 2. c. 5. nu. 3. Tiraq. de iur. conſt. poß. p. 2. ampl. 3 1. n. 6. (b) Alciat. ad l. ſi ſocius. π. ſi cert. petat. Bald. ad rubr. de contrah. emt. quæſt. 21. Mudæ. in l. 1. §. fin. π pro ſoc.*

## XVII.

Sic & ea, quæ in nominibus erunt, manent in ſuo ſtatu, ſed actiones invicem præſtari debent.

*(d) l. 3. in pr. Et ibi Gothofr. & Muda. poſt gl. & Bald. Ioan. de Amic. conſ. 16. n. 1. Duaren. tit. eod. c. 1. Ioan. à Graßis de ceßion. §. vlt. n. 1. Mynſ. in pr. n. 2. Inſt. eod. Moz. h. tr. art. 2. n. 10.*

## XIIX

Cum ſpecialiter omnium bonorum ſocietas coita eſt, tunc & hereditates, & legatum, & quod donatum eſt, aut quaqua ratione adquiſitum communioni adquiretur.

*l. 3. §. 1. l. ſi ſocietatem. l. ſocium qui. 60. π. h. t. Harmenop. lib. 9. tit. 10. Roland. à Valle conſ. 91. n. 25. lib. 1. Maſcard. concl. 1309. n. 22. Duaren. h. t. cap. 1. Moz. h. tr. art. 2. n. 10.*

## XIX.

Hinc in communionem veniunt dos, quæ alteri ſocio oblata eſt, (a) pecunia ob iniuriam accepta, (b) theſaurus, (c) ſtipendia publica, (d) & in ſumma omnia lucra vndecunque provenientia (e).

*(a) l. actione. §. fin. cum l. ſeq. 71. h. t. Angel. in §. manet. nu. vlt. Inſtit. de ſociet. Ferrar. in for. lib. in cauſ. ſociet. verb. vndecunq;. num. 2. Maſcard. concl. 1309. n. 22. Moz. d. art. 2. n. 10. verſ. ex quibus. Coler. de alim. lib. 1. cap. 13. n. 45. (b) l. cum duobus. §. ſocium. π h. t. Ferrar. in form. lib. in cauſ. ſociet. verb. ſocietatem. n. 4. verſ. ſi tamen (c) Moz. d. loc. (d) d. l. cum duobus. 52. §. idem Papinianus. 8. π. h. t. Angel. Aret.*

*in §.*

*in §. manet. n 6. Inſt. de ſociet. Maſcard. concl. 1309. n. 22.* (c) *Socin. Sen. conſ. 4 n. 41. vol. 4. Laurent. Tennin caut. 111. n. 8.*

XX.

Sed hic occurrit quæſtio difficilima, an quod unus ex ſociis filiæ in dotem, aut filio in ſubſidium ſtudiorum aut ad honoris gradum conſequendum dedit in ſocietatem omnium bonorum ſpecialiter initam imputetur? Quod adfirmamus.

*l. ſi ſocietatem. 73. §. 1 l. 81. π. h. t. Bald in l. ſi ſocietatem. & in l. cum duobus. §. fratres. π. eod. Florian. in d. l. 81. Zanettin inter conſ. Socini 6 vol. 4. Thobias Nonius conſ. 29. num. 27. & conſ. 64. Mantua conſ. 172. Albenſ. conſ. 12. num. 2. Bertrand. conſ. 39. vol. 2. Rubeus Alexandrin. conſ. 87. Beroj. conſ. 190. lib. 1. Bapt. de Hieron. in conſ. quod exſtat apud Moz. h. tr. in fin. Corn conſ. 287. num. 4. circa fin. vol. 1. & conſ. 52. vol 3. Menoch. 2. de arbit. iud. quæſt. caſ. 127. nu. 3. Laudenſ. conſ. 34 n. 4. Roland à Valle conſ. 91. vol. 1.* Diſſent. *Specul. tit. de iudic. p. 4. §. vlt verſ. quod ſi vnus. Alberic. & Fulgoſ. in l. ſi ſocius 81. π. h. t. Saluſt. apud Alexan. conſ 76. vol. 4. Frideric. Scotus conſ. 9. lib. 3. & alij quos Bapt. de Hieron. all. loco refert & refutat. Manenſ. Coſtal. in conſ. adiec. Moz. tract. de ſociet. in fin.*

XXI.

Si non ſpecialiter omnium bonorum, ſed ſimpliciter ſocietas inita ſit, ſaltem quod ex quæſtu (a) venit ad communionem pertinere explorati iuris eſt (b).

*(a) Laurent. Tennin. vocat lucrum perſonale caut. 111. n. 9.* (b) *l. coire. 7. & ſeq. π. h. t. Ioan. de Amic. conſ. 16 n. 2. Guido Papa conſ. 20. n. 10. Moz. h. tr. art. 2. n. 10. Mynſ. in §. manet. num. 4. Inſt. eod. Franciſc. Milanenſ. deciſ. 18. n. 12. 33. 34. lib. 1.*

XXII.

Quæſtus autem intelligitur, qui ex opera cuiusq; deſcendit, vt quod emtione, venditione, locatione, conductione, non ex teſtamento, donationē &c. obuenit.

*l. 7. 8. 9 cum ſeqq. π. h. t. Harmenop lib. 3. tit. 10.* Duaren *pro ſoc. cap. 1. Cling. Inſtit. h. t. in pr. n. 3.*

XXIII.

Quando vnius alicuius rei aut negotii ſocietas contracta eſt, tunc id ſolum, quod ex ea re, aut negotio quæſitum eſt in obligationem collationis inter ſocios venit, non id, quod illis aliunde obtigit.

*l.cum duobus.52.§.cum duo cum ſeq.π h.t. Panorm.conſ.65.n.1. p.1.Cravetta conſ.123.n.11.Pariſ.conſ.94.num.27.vol.1. Lag. in meth.iur.civ.p.3.c.21.n.vlt. & p.4.c.48.n.3.*

XXIV.

Sed quid ſi res communi pecunia à ſocio emta ſit? Et ſi ſocius eam nomine communi comparaverit, rectè communicatur, ſecus ſi proprio.

*l.2.C. pro ſoc.l. vt ſit.31. l. nam cum 32.π h. t. l. 3. in pr. π com. divid.Cravet.conſ.131.n.2.Molinæ. de vſur.nu.628. Vide Curt. iun.in l. 1.n.9.cum ſeqq.C. de furt. Petr.de Anchor.conſ.302.n.8. & 9. Paris.conſ.84.n.14.15.54.vol.1.Et conſ.87.nu.4 8.9. vol.1. Dn.Hart.Piſt.q.7.lib.1.*

XXV.

Quod ex furto vel alio maleficio quæſitum eſt in ſocietatem non oportere conferri palam eſt, quia delictorum turpis atque fœda communio eſt.

*l.52.§.17.l.quod autem.53.cum.4.ll.ſeqq.π h.t.l.quod ſæpe 35. §. veneni.2.π de contrah.emt.l.1.§.plane 14. in f. π.de tut. & rat. diſtrah.l.2.π.de L.Iul.de anno.l.ſi à reo.70.§.f.π de fideiuß. Roman. conſ.160.Ferrar.in for.lib.ex cauſa ſoc.verb.ſocietatem.n.5. Cagnol. in l. alterius.49.n.3.π.de R.I. Tennin.caut.111.num.10. Muda.in rubr.π hic n.6 Zecchus de vſur.cap.7 n.2.*

XXVI.

Si tamen id in medium collatum eſt, commune erit lucrum. Quod enim ex maleficio contulit ſocius, non aliter recipere debet, quàm ſi damnatus ſit.

*d l.quod autem.53.l.quod enim.54.π h.t. Moz.h.t.art.2.nu. 10.Donel.13.com.16.*

XXVII.

Quo caſu id quod contulit de communi auferet, interdum ſolum, interdum cum pœna quam ipſe luit. Solum ſi inſciente ſocio in ſocietatis rationē hoc contulerit. Quod ſi ſciente, etiam ſocium pœnam agnoſcere oportet.

*l.ſi igitur.55.l.cum duobus.52 §.f.π h.t. c. damnum. & ibi Dyn.de R.I.in 6.Petr.de Vbald. tr.de duob.fratr.p. 8. q. 22. Ioan. de Amic. conſ.38 n 4.Lag in meth.p.3.c.21.num.14. Everhard. conſ. 191.n.1.Oldend.cl.4.act.21.*

XXIIX.

Nec quicquam intereſt, vtrum manente ſocietate reſtitutio fiat, an verò ea diſſoluta.

*l. nec quicquam.56.π h. t.*

Societas

XXIX.

Societas coiri poteſt vel in perpetuum, id eſt, dum viuunt: vel ad tempus, vel ex tempore, vel ſub conditione.

*l. 1. in pr. l. ſi coita. 75. π. h. t. l. de ſocietate. 6. C. h. t. Roland. à Valle conſ. 84. n. 11. vol. 1. Dilect. de art. teſtan. t. 8. caut. 8. n. 4. VVeſenb. in parat. π eod. n. 6. Læl. Zecchus de vſur. cap. 7. n. 2.*

XXX.

In æternum nulla ſocietatis coitio eſt.

*l. nulla. 70. π h. t. Roman. conſ. 171. n. 5. Gomez. reſol. tom. 2. cap. 5. num. 1.*

XXXI.

Donationis verò cauſſa ſocietas rectè non contrahitur(a). Contracta tamen hoc modo, non vt ſocietas, ſed vt donatio valet(b).

*(a) l. 5. §. fin. π h. t. l. cum hic. 32. §. ſi inter. 24. π de donat. int. vir. & vxor. l. ſenatus. 39. §. ſi quis 5. π de mor. cauſſa donat. l. in cauſſæ 16. §. item 1. π de minor. Connan. lib. 7. com. 13. nu. 3. Heinrichman. conſ. 7. n. 19. & 69 tom. 1. (b) Accurſ. in d. l. 5. §. fin. quem ſequuntur Salicet. Fulgoſ. & alij Heinrichm. d. n. 69.*

XXXII.

Societas cum contrahitur tam lucri quàm damni communio initur.

*l. ſi vnus. 67. l. cum duobus. 52. §. damna. 3. l. ſi igitur. 55. l. verum. 63. § in heredem. 8. π. h. t. Iul. Paul. lib. 2. ſent. tit. 16. Pariſ. conſ. 81. n. 2 vol. 1. Marant. in ſpec. p. 4. diſt. 4. num. 3. Iacob. Aemyl. conſ. 106. n. 9.*

XXXIII.

Intelligitur autêm lucrum quod omni damno, damnum quod omni lucro deducto ſupereſt.

*l. Mutius. 30. π eod. §. de illa. inſ. Inſt. eod. Ferrar. in for. lib. in cauſſa ſociet. verb. ſuperlucratus. Pac. cent. 4. antin. 96.*

XXXIV.

Et quidem ſi nihil de partibus lucri & damni nominatim convenerit, æquales ſcilicet partes & in lucro & in damno, analogia Geometrica, (a) pro vt quisque plus vel minus rei operæve in ſocietatem contulerit, ſpectantur. Quod ſi expreſſæ, vel alterius arbitrio relictæ fuerint, (b) partes hæ, etiamſi inæquales (c) ſint, ſeruari debent (d); modo arbitrium non ita prauum ſit, vt manifeſta eius

iniquitas appareat; quo caſu corrigi poteſt per judicium bonæfidei (e).

*(a) arg. l. ſi ſocietatem. 6 & l. 80. π. h. t. gl. & Gothofr. in l. ſi non fuerint. π. eod. Corneus conſ. 139. vol. 1. Mynſ. in pr. n. 5. Cling. nu. 5. Schneidvv. n. 10. Inſt. h. t. Port. in §. 1. Inſt. eod. VVeſenb. ibid Mandel. conſ. 53. Menoch. 2. de arbitr iud. caſ. 125. Diſſent. videtur VVeſenb. in parat. π. h. t. n. 6 (b) l. 6. l. ſi coita. π. h. t. Mynſ. in §. pr. Inſt. eod. Pac. & Balduin. ibid. (c) modo qui plus contulit plus lucri auferat Cravet. conſ. 159. n. 11. Franc. Marc. deciſ. 888. n. 9. p. 1. Balduin. & Hottom. §. de illa. en. 2. Inſt. de ſoc. Oldend. cl. 4. act. 21. f. 598. Duaren. h. t. cap. 1. (d) l. ſi non fuerint. 29. π. h. t. §. & quidem. Inſt. eod. Iaſon. in l. legato inutiliter. § in legato. n. 1. π. de legat. 1. Corn. conſ. 139. vol. 1. Angel. Peruſ. tr. de ſoc. p. 1. q. 2. Ioan. de Amic. conſ 62. num. 4. Natta. conſ. 134. n. 5. Menoch. 2. de arbitr. iud. quæſ. d. caſ. 125. n. 2. Schneid. d. n. 10. Gomez. reſol. tom. 2. cap. 5. n. 5. (e) l. vnde ſi Nerva. 79. π. h. t.*

XXXV.

Nec enim unquam dubium fuit, quin valeat conventio, ſi duo inter ſe pacti ſint, vt ad vnum quidem duæ partes, & lucri & damni, pertineant, ad alium tertia.

*d. § & quidem. & ibi Hottom. Angel. Peruſ. tr. de ſociet. p. 1. q. 3. Marant. in ſpec. p. 4. diſt. 4. n. 3 Heinrichm. conſ. 8. n. 43. tom. 1.*

XXXVI.

De illa ſanè conuentione quæſitum eſt, ſi Titius & Sejus inter ſe pacti ſint, vt ad Titium lucri duæ partes pertineant, damni tertia: ad Sejum duæ partes damni, lucri tertia, an rata debeat haberi conuentio? Quintus Mutius contra naturam ſocietatis talem pactionem eſſe exiſtimauit, & ob id non eſſe ratam habendam. Servius Sulpitius, cuius ſententia prævaluit, contra ſenſit, quia ſæpe quorundam ita pretioſa eſt opera in ſocietate, vt eos, juſtum ſit, conditione meliore in ſocietatem admitti.

*§. de illa. Inſt. h. t. l. ſi non fuerint. 29. l. Mutius. 30. l. ſocietatem. 6. l. quid enim 80. π. h. t. Alexand. de Nevo. conſ. 96. n. 7. Hopper. lib. 5. πειθανῶν.*

XXXVII.

Quod tamen ita intelligendum putamus, ſi vel ratione pecuniæ vel operarum capitale inæquale ſit: Si enim æquale

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214698-p0014-6

æquale illud ſit, jure ſocietatis quidem tale pactum non ſubſiſtit, ſed benè vi pactionis in continenti contractui adjectæ.

*arg. l. 7. §. quin imo ꝟ. de pact. Azo in ſum. C. h. t. nu. 9. Bald. in l. 1. n. 7. C eod. Roman. conſ. 475. n. 5. & 6. Porc. in pr. Inſt. eod. nu. 4. Lag. in meth. p 3. c. 21. n. 4. Moz. h. tr. art. 7. n. 2. VVeſenb. in parat. ꝟ eod. n. 6. Menoch. 2. de arbitr. iud. quæſt. 125. num. 4. & 5. Borch. de pact. c. vlt. n. 46. Decius in l. contractus. num. 41. ꝟ de R. I. Gail. 1. obſ. 101. n. 10.*

XXXIIX.

Sic & ita coiri poſſe ſocietatem non dubitatur, vt alter pecuniam conferat, alter non conferat, & tamen lucrũ inter eos commune ſit, quia ſæpe opera alicuius pro pecunia valet.

*Cicero pro Q. Roſc. Plaut. in aſin. 3. act. 1. d. §. de illa. verſ. nam & ita. Inſt. h. t. l. 1. C. pro ſoc. d. l. ſocietates. 5. §. 1. d. l ſi non fuerint. 29. §. 1. l. cum duobus 52. § ſi in coëunda ꝟ h. t. Pariſ conſ. 82. n. 70. & conſ. 83. n. 5. vol. 1. Franc. Marc. deciſ. 888. nu. 1. Duaren. h. t. cap. 1. Schurf. cent. 1. conſ. 36. nu. 6. Covar. lib. 3. variar. reſol. c. 2. num. 2. Mynſ. reſp. 18. n. 24 Gomez. reſol. tom. 2. cap. 5. n. 5.*

XXXIX.

Et adeo contra Quinti Mutii ſententiam obtinuit, vt illud quoque conſtiterit, poſſe conuenire, vt quis lucri partem ferat, de damno non teneatur: Quod & ipſum Seruius conuenienter ſibi fieri exiſtimauit.

*d. l ſi non fuerint. 29 §. 1. ꝟ. h. t. d. §. de illa. Inſt. hic. Gail. 2. obſ. 24. Donel. 13. com. 16.*

XL.

Vbi tamen requirimus, &, vt ſi in alia re lucrum, in alia damnum illatum ſit, compenſatione facta ſolum quod ſupereſt in lucro eſſe intelligatur (a), & vt res operave pro ſocio ſocietati collata tanti ſit, quanti damnum: (b) Id quod judicis arbitrio, in inſpectis pecuniæ, operarũ & induſtriæ valore æſtimatione & compenſatione dijudicandum committitur (c).

*(a) d. §. de illa. in f. d. l ſi non fuerint. Et ibi DD. Gail. d. obſ. 24. (b) d. §. 2. vbi VVeſenb. Borch. & DD. d. l. ſi non fuerint. 29. in pr. & §. 1. vbi Accurſ. & Gabr. Mudæ. n. 3. & ſeqq. ꝟ. h. t. Donel. 13. com. 16. VVeſenb. in parat. ꝟ. h. t. n. 7. Covar. 3. var. reſol. 2. nu. 3. vbi refert*

 diſſent.

*diſſent. quibus adde Iohannem gl. ex Accurſio in d. l ſi non fuerint. verb. ſocietate.* (c) *l ſi ſocietatem. 6. l in propoſita. 78. π h. t. Covar. d. c. 2. n. 2. Menoch. 2. arbitr. iud. quæſt. caſ. 125. num. 3. conſer. Pac. cent. 4. quæſt. 96.*

XLI.

Talis ſocietas coiri non poteſt, vt alter lucrum tantum, alter damnum tantum ſentiat: Sicque Ariſto retulit, Caſsium reſpondiſſe, qui huiusmodi ſocietatem Leoninam ſolitus eſt appellare.

*d. l. ſi non fuerint. 29. π pro ſoc. Angel. Peruſ. tr. de ſociet. p. 1. q. 8. Petr. de Anchor. conſ. 103. n. 2. Ferrar. in form lib. in cauſſa ſociet. verb. per pactum. Lag. in meth. p. 3. cap. 21. n. 5. Duaren. pro ſoc. cap. 1. Connan. lib. 7. com. cap. 13 n. 3. & 4. Alciat. de præſumt. reg. 1. præſumt. 25. n. 2. Coraſ. 3. miſcel. 10. n. 3. Cotta in memoral. verb. ſocietas. Decian. reſponſ. 29. n. 28. vol. 2. Oldend. cl. 4. act. 21. Mynſ. in §. de illa. Inſt. eod.*

XLII.

Illud expeditum eſt, ſi in vna cauſſa pars fuerit expreſſa (veluti in ſolo lucro vel in ſolo damno), in altero verô omiſſa: in eo quoque quod prætermiſſum eſt, eandem partem ſeruari.

*§. illud expeditum. & ibi gl. Hottom. & Mynſ. Inſtit. h. t. Iul. Paul. 2. ſent. 16. Et ibi Cuiac. Angel. Peruſ. tr. de ſociet. p. 1. q 9. Natta conſ. 554. n. 7. Lag. in meth. p. 3. c. 21 n. 6. Moz. h. tr. art. 6. n. 6. Oldend. cl. 4. act. 21.*

XLIII.

Si vnus pecuniam, alter operam contulerit in ſocietatem, pecuniæ caſu amiſſæ damnum, an pro rata agnoſcere & reſarcire teneatur is, qui operam ſaltem contulit, apud juris autores ex vtroq; latere magna eſt altercatio: Nos negatiuam ſententiam, tanquam benigniorem, veriorem & communiorem amplectimur.

*gl. in l. ſi non fuerint. 29. §. 1. verb. ſolus. π. pro ſoc. DD. in l. 1. C. eod. Mart. Navarra in manua. confes. c. 17. de vſur. in ſoc. Moz. tr. eod. art. de natural. n. 9. Schneidov. in §. de illa n. 6. Inſt. eod. Fachin. 2. controv 95. Diſſent. Bald. in l. ſi patruus. n. 17. C. com. vtr. iud. Muda in d. l ſi non fuerint. n. 17 Soarez. in theſ. recept. ſent. lit. S. n. 126.*

XLIV.

Eadem ratione negamus, ſortem, quam vnus intulit, finitâ ſocietate communem eſſe cum altero ſociorum, qui ſolam operam præſtitit; Aliud eſt ſi initio in ſocietatis

lege

lege (in der Gewerbsvorſchreibung) ita ſit conuentum.

*l.cum duobus.52.§.item ex facto.7.π.eod.gl.in l.ſi non fuerint.29.§.1.verb.ſolus.π.eod. Angel.Sichard.n.4. & alij in l.1.C.eod. Ferrar.infor.lib.in cauſſa ſociet.verb.ad dividendum.n 4. Alexan.conſ.117.num.5.vol.1 Corn.conſ.311.num.2.vol.3.Ioan de Amic.conſ.16.n.6 & 7.Gail.2.obſ.24 n.6.Fachin.2.controv.94. Schn.in §.de illa n.5.Inſt.h.t.* Diſſ. *Covar.3.var.reſ.2.n.2.Accurſ.in d.l.1.C.h.t. Petr.Peruſin.in tr.de duob fratr.p.4 gl.2.q.2.*

XLV.

Porrò ſocius ſocio de adminiſtratione ſua tenetur reddere rationem.

*per l.quædam.9.in pr.π de eden.l.1.C.vbi de ratiocin. Angel.in §.ſequens.n 13.Inſtit.de Action.Iaſ.ibid.n.42.Socin.Sen.conſ.213.n.6.vol.2.Corn.conſ.196 n.4.vol.3.Paris.conſ.83.n.6.& ſeq.& conſ.87.n.15.vol.1.Iacob.Aemyl.conſ.106.*

XLVI.

Si plures ſocii vni adminiſtrationem commiſerint, qui inſtitoris loco eſt, ſinguli in ſolidum, non pro collatæ ſortis quantitate tenentur (a). Idem etiam putamus, ſi promiſcuè fuerint negotiati; tenetur enim alter ex contractu alterius (b).

*(a) l.4.§.1.Et ibi Bart.n.1.π de exercit.act.* Iul. *Paul.lib.2.ſent.t.8.§.2.Pariſ.conſ.93.n.2.& 3.vol.1. Marant in ſpec.p.4.diſt.9.n.94.& ſeq.Gœden.conſ 87 n.19.Petr.de Vbald.tr.de duob.fratr.p.9.in pr.* Diſſent. *Gail.2.obſ.24.n.9.Azo in ſum.C.de exercit.act.*
*(b) l.omne.27.π h.t Stud.deciſ.213.n.1.Franciſc.Milan.deciſ.11.n.51.lib.1.VVeſenb.conſ.31.n.28.& ſeq.Gomez.reſol.tom.2.cap.5.n.6.Gœden.conſ.87.n.15.*Heinrichm.*conſ.7.n.50.tom.1. Simon.Piſt.conſ.3.n.7.in fin.vol.1.*conſil.Mod.*Piſt.* Diſſ. *Hieron.Magon.deciſ.Lucenſ.1.n.28.Vide Cravet.conſ.159.num.8. Alexan.conſ.139.vol.5 Roland.à Valle conſ.91.n.5.vol.1.Pariſ.conſ.94.nu.7.15.16.22.vol.1.Decian.reſp.96.num.16.vol.2.Petr.de Vbald.tr.de duob.fratr p.9.*

XLVII.

Vnde cautelam tradunt DD., ſi quis amplius nolit in ſocietate permanere, vt id publicè denunciet: alioquin enim inuitus ex ſocii contractu obligabitur.

*Gomez.reſol.tom.2.c.5.n.6.& ibi Eman.Soarez.in addit.Moz.tr.eod.cap.vlt.n.13.*

Soluitur

XLIIX.

Soluitur ſocietas ex perſonis, ex rebus, ex voluntate, ex actione. Ideoque ſiue homines, ſiue res, ſiue voluntas, ſiue actio interierit, diſtrahi videtur ſocietas.

*l. verum. 63. §. fin. π. eod. Harmenop. lib. 3. tit. 10. inf. VVeſenb. in parat. π. eod. n. 11. Zecchus de uſur. cap. 7. nu. 6. Anton. Auguſt. lib. 3. emend. cap. 6. f. 227.*

XLIX.

Intereunt autem homines morte vel naturali, vel ciuili, ſcilicet maxima vel media capitis diminutione.

*l. 4. l. ſocium. 60 l. verum. 63 §. fin. l. actione. 65. §. morte 9. π. eod. §. ſolvitur. Inſt. eod. Pariſ. conſ. 25. n. 55. vol. 3. Valaſc. conſult. 63. n. 3. tom. 1.*

L.

Sed etſi conſenſu plurium ſocietas contracta ſit: Morte tamen vnius ſocii ſolvitur, etſi plures ſuperſint: niſi in coëunda ſocietate aliud conuenerit.

*d. l. actione. 65. §. morte. π. eod. d. §. ſolvitur Inſtit. eod. Decius. conſ. 571. n. 6. Decian. reſp. 85. n. 15. vol. 2. Toming. dec. ſ. 13. num 3. Valaſc. conſult. 63. n. 2. tom. 1.*

LI.

Nec heres ſocii ſuccedit. Sed quod ex re communi poſtea quæſitum eſt, item dolus & culpa in eo, quod ex ante geſto pendet, tam ab herede quàm heredi præſtandum eſt.

*l. verum. 63. §. tam heredem 8. d. l. actione 65. §. ſi in rem & §. morte π. eod. l. furti. 6. §. illud. π. de his qui not. infam. Duar. tit. pro ſoc. cap. 3. Medic. in tr. Mors omnia ſolvit. n. 289.*

LII.

Et quidem adeo ſocii morte ſocietas ſoluitur, vt nec ab initio paciſci poſsimus, vt heres ſuccedat ſocietati, (a) licet juramentum quoque acceſſerit (b)

*(a) l. adeo 59 l. nemo 35. π. eod. Ioan. de Amic. conſ. 16. nu. 3. Roman. conſ. 106. n. 3. Pariſ. conſ. 82. nu. 31. vol. 1. Deci. conſ. 441. n. 1. Henning Gœden. conſ. 86. Toming. deciſ. 13. num. 4. Teſſaur. deciſ. 242. Valaſ. conſult. 63. n. 4. tom. 1. (b) Teſſau. d. deciſ. 242. n. 3. vbi & alios ſuæ ſententiæ allegat Sebaſt. Medic. tr. Mors omnia ſolvit. nu. 298. Valaſc. conſult. 63. n. 14. Diſſ. Faber. & Schneidvv. in d. §. ſoluitur.*

Aliud

## LIII.

Aliud tamen ſtatuimus, ſi teſtator heredibus præceperit, vt ad certum tempus in ſocietate manerent, & prius bona non diuiderent.

*Bald. in l. ſi convenerit. n. 4. π pro ſoc. Teſſaur. d. deciſ. 242. in f. poſt Valaſcum d. conſult. 63. nu 14. Dilect. de arte teſtan. t. 8. cant 8. n. 4. Menoch. 6. de præſumt. 37. n. 29. Med. all. trac. Mors omnia ſol. n. 292. Toming. all. loco.*

## LIV.

Sic in vectigalium quoque ſocietate hoc ſpecialiter receptum eſt, vt ea poſt mortem maneat, ſi pars defuncti ad perſonam heredis eius adſcripta ſit, vt heredi quoque conferri debeat.

*d. l. adeo. 59. l. verum. 63. § in heredem. π. eod. Franciſc. Marc. deciſ. 211. n. 4. p. 2. Corn. conſ. 121. n. 1. vol. 1. Toming. deciſ. 13. n. 6. Cuiac. 10. obſ. 25. Valaſc. conſult. 63. n. 5. tom. 1.*

## LV.

Ex rebus ſocietas ſolvitur, ſiue res illæ, quarum contemplatione inita fuit, omnino nullæ relinquantur, ſiue conditionem mutauerint.

*l. verum. 63. § fin. π. eod. Medic. in tr. mors omnia ſoluit. n. 293.*

## LVI.

Neque enim eius rei, quæ jam nulla ſit, vt ſi finis negotio ſit impoſitus (a), vel ſi quis ex ſociis mole debiti prægrauatus bonis ceſſerit, (b) aut toto patrimonio conſumto decoxerit (c), quisquam ſocius eſt: Neque eius, quæ jam conſecrata publicatave ſit (d).

*(a) l. actione. 65. § item ſi alicuius. 10. π eod. § item ſi alicuius. Inſtit. eod. Modeſt. Piſtor. conſ. 45. n. 10. vol. 1. (b) d. l. actione. § 1. § item ſi quis. Inſtit. eod. (c) l. 4. l. verum. 63. § fin. π. h. t. Magon. deciſ. Lucenſ. 1. n. 32. VVeſenb. ad § ſolvitur. n. 2. Inſt. h. t. Diſt. Benven. Stracch. a tr. de decoct. p. 2. n. 47. confir. Donel. 16. com. 24. (d) l. verum 63. § fin. d. l. actione. 65. § publicatione. & § publicatione Inſtit. eod.*

## LVII.

Voluntate diſtrahitur ſocietas vel expreſſa vel tacita.

*l. verum 63. § fin. & ibi gloſ. Bart. & Gothofr. π eod. Bart. conſ. 35. n. 3. lib. 1. Oldend. claſ. 4. act. 21. Balduin. in § manet. verb.*

 venun-

*renunciauerit. Inſtit. eod. Mynſ. ibid. n. 1. Ferrar. in form. lib. in cauſſa ſociet. verb. nec perſeuerare. n. 2.*

LIIX

Expreſſa voluntate diſtrahitur ſocietas, ſi ei tempeſtiuè & bona fide renunciatum ſit.

*l. 4. l. ſi conuenerit. 14. l. verum. 63. §. fin. l. actione. 65. §. diximus. 3. π eod. §. manet. & ibi gl. Angel. & alij Inſtit. eod. Pariſ. conſ. 82, n. 27. & 28. vol. 1. Lag. in meth. iur. ciuil. p. 3. c. 21. n. 12.*

LIX.

Si enim quis callidè in hoc renunciauerit ſocietati, vt obueniens aliquod lucrum ſolus habeat, veluti ſi totorum bonorum ſocius, cum ab aliquo heres eſſet relictus. in hoc renunciauerit ſocietati, vt hereditatem ſolus lucrifaceret, cogitur hoc lucrum communicare. Si quid verò aliud lucrifaciat, quod non captaverit, ad ipſum ſolum pertinet. Ei verò cui renunciatum eſt, quidquid omnino poſt renunciatam ſocietatē adquiritur renuncianti, ſolum conceditur.

*l. actione. 65. §. diximus. π eod. §. manet. Inſtit. eod. VVeſenb. conſ. 74. n. 87. Duaren. tit. eod. cap. 3.*

LX.

Sic qui ſocietatem in tempus coit, eam ante tempus renunciando ſocium à ſe, non ſe à ſocio liberat. Itaque ſi quid compendii poſtea factum erit, eius partem non fert, at ſi diſpendium, æquè præſtabit portionem, vt ICtus Paulus tradit.

*in l. actione. 65. §. item qui. 6. π eod. Modeſt. Piſt. conſ. 45. nu. 5. & 6. vol. 1.*

LXI.

Quod ſi renunciationem juſta cauſſa vel neceſsitas quædam ſuadeat, (a) vt ſi conditio quædam, qua ſocietas coita erat, non præſtetur (b) vel ſi ita iniurioſus, rixoſus & damnoſus ſocius ſit, vt non expediat eum pati, (c) vel ſi eâ re frui non liceat, cuius gratia negotiatio ſuſcepta, (d) vel ſi ſocius Reipubl. cauſſa diu & inuitus abfuturus, (e) renunciationi locus erit.

*(a) l. actione. 65. §. Item qui ſocietatem. 6. π eod. Capyc. deciſ. 135. n. 3. Mox. tr. eod. art. Quando annulletur. n. 8. (b) l. ſi conuenerit. 14. π eod. Angel in §. manet. n. 3. Inſt. eod. Ferrar. in for. lib. in cauſſa*

*in cauſſa ſoc.verb.nec perſeverare.n.1.Capye.deciſ.174.in fin.(c) d.l. ſi convenerit. Faber.in §.fin.n.5.Inſtit.eod.Tomingr.deciſ.13.n.16.& 22.Menoch.de arbitr.iud.quæſt.cap.139.n.7.lib.2.Dobbercin.in repert.iur.tit.de rixa.(d) l. vel quod.15. π eod.(e) l.itemq;.16.π.eod. Schneidvv.in §.manet.n.5. Inſtit.eod.*

LXII.

Si abſenti renunciata ſit ſocietas, & antequam ipſi renunciatio inſinuata eſt, quod adquiſiuit, qui renunciauit, id in commune redigitur. Detrimentum verò ſolius eius erit, qui renunciauit: Sed quod abſens adquiſiuit ad ſolum eum pertinebit, detrimentum ab eo factum commune erit.

*l.ſed & ſocius.17.§.ſi abſenti. π eod. Petr. à Bella Pertica in l. 3.n.17. π de conſtit.princip.Schneidvv. in §.manet.n.4.Inſtit.eod.*

LXIII.

Renunciare ſocietati etiam per alios poſſumus: Et ideo Procurator quoq;, ſiue ſpecialis ſiue generalis ſit, poteſt renunciare ſocietati, niſi prohibuerit eum dominus ſpecialiter renunciare.

*l.actione 65.§.renunciare.π eod.l fin.C. eod. Mauric. tr.de reſtit. in integr.c.23.Gomez. reſol. tom.2.c.5.n.6.Moz. tr.eod. art. Quemodo annul.n.8.Duaren.t.eod.c.3.*

LXIV.

Procuratori quoq; meo ſocius meus renunciare poteſt: Eſt tamen ſecundum Servium apud Alfenum in poteſtate domini, cum procuratori eius renunciatum eſt, an velit ratam habere renunciationem. Is igitur, cuius procuratori renunciatum eſt, liberatus eſſe videbitur. An ipſe quoque, qui renunciavit procuratori, liberetur, in poteſtate eius erit, cuius procuratori eſt renunciatum.

*d.l.actione.65.§.item ſcriptum.8.Balduin.in §. manet. verb. ſocietati Inſtit.eod.*

LXV.

Nihil autem attinet in coëunda ſocietate de renunciatione cauere, quia ipſo iure ſocietatis intempeſtiva renunciatio in æſtimationem venit.

*l. ſed & ſocius.17.§.fin.arg.l.ſi convenerit.14. π eod.*

## LXVI.

Tacita voluntate diſtrahitur ſocietas, cum ſeparatim ſocii agere res ſuas cœperint, vt vnusquisque eorum ſibi negocietur.

*l.itaq; 64.π.eod. Ferrar.in form. lib. in cauſſa ſociet. verb. nec perſeverare. Felin.conſ.2.num 25. Alexan.conſ.92.n.3.vol.2.& conſ. 132.n.6.vol.5. Natta conſ.100.nu.4. tom.1. Angel. Aretin.in §.vlt. Inſtit.eod. Guid. Pap.conſ.20.n.2. Tiber. Decian.reſp.78.nu.54.vol. 4. Valaſc. Luſitan.conſult.34.num.3.tom.1. Maſcard. de probat.concl. 1310.n.3. Cala de modo articul.§.2.n.456.*

## LXVII.

Actione ſocietas diſtrahitur, cum mutata ſit cauſſa ſocietatis, aut ſtipulatione, vt ſi interrogando & reſpondendo contractus ſocietatis in nouam obligationem & conventionis formulam, priore peremtâ, transfundatur, vel ſi alius ſocius delegetur: aut Iudicio, ſi actio pro ſocio ideo dictetur, vt ſocietas diſtrahatur. Hoc ipſo enim ſocietati renunciatum eſſe Proculus ait.

*l. actione.65.in pr. Et ibi Mudæ.π.eod. Harmenop.lib.3.tit.vlt. in fin. Azo in ſum C.eod.n.19. Oldend.cl.4.act 21. Mynſ.in §. ſolvitur.n.8.Inſtit.eod. VVeſenb. in parat.π.eod.num.11. Moz.tr.eod.art. Quomodo annul.n.10.*

## LXIIX.

Oritur ex contractu ſocietatis vltro citroque directa (a) actio pro ſocio, quæ generalis (b) eſt, rei perſecutoria, (c) bonæ fidei (d).

*(a) §. ex quibusdam. Inſtit. de pœn. tem. litig. gl. & Porcus in §.fin.Inſtit.de ſociet. Azo in ſum C.eod.n.34 Duar.t. eod c.5. Cuiac. in parat.π & C.eod. Moz. tr.eod.art. Quæ actio detur n.1. Donell. 13.com.17.(b) l. pro ſocio. 38.π.eod. Angel.in §.ſequens.n.13. Inſtit.de Action.(c) l. ſed actione. 50.π eod.§. rei perſequendæ. Inſtit. de Action.(d) d.l.pro ſocio.38.l.rei.45.l. vnde.79.π eod.l.3.C. eod. §. actionum. Inſtit.de Action. Angel. Peruſ.h.tr.p.1.q.3. Duaren. d.c.5.*

## LXIX.

Quæ datur ipſis ſociis contra ſocios, (a) ſingulis contra ſingulos, eorumque heredibus & in heredes (b).

*(a) tot.tit. π & C. Duaren t. eod.c.4.(b) l.heres.40. l. nemo. 35. cum ſeq. l. verum.63.§.in heredem.8.l.adeo.65.§.morte π eod.*

l.3.C.

*l.3.C.eod.Corn.conſ.134.n.1.verſ.his tamen.vol.1.Oldend.cl.4.art. 21.Anguſola conſ.17.lib.2.Gomez.reſol.tom.2.cap.5.n.6.*

LXX.

Plane ſi hi, qui ſociis heredes exſtiterint, animum inierint ſocietatis in ea hereditate; novo conſenſu, quod poſtea geſſerint, efficitur, vt in pro ſocio actionem deducatur.

*l. plane.37.π eod. Valaſc Luſitan.conſult.63.n.8.9.10.tom. 1.Pariſ.conſ.82.n.35.vol.1.*

LXXI.

Quoties iuſſu alicuius, vel cum filio eius vel cum extraneo ſocietas coitur, directò cum illius perſona agi poteſt, cuius perſona in ſocietate contrahenda ſpectata ſit.

*l.fin π.eod.l.fin.π.Quod iuſſu.§.fin. & ib. Hottom. inſtit. Quod cum eo qui in alie.pot.Tiber.Decian.reſp.11.n.2.vol.1.*

LXXII.

Inſtituitur hæc actio ad hoc, vt ſocii inuicem id, de quo alter alteri ſocietatis ratione, aut ex natura contractus, aut ex pacto tenetur, præſtent.

*tot.tit.π & C.eod.Guid.Papa conſ.20.n.13.VVeſenb. in parat. π eod.n.vlt.*

LXXIII.

Puta, vt res ex ſocietate adquiſitæ communicentur, (a) & cuique pars ſua detur (b)

*(a) l.pro ſocio.38.§.1.l.rei communis.45.l. actione.65.§. pen.l.ſi quis ſocietatem.74.π eod. Guid.Pap.conſ.20.n.13.VVeſenb. in parat. π eod.n.12.Lag.in method.p.46.48.n.4.& 5. (b) Dd. in l. actione.65. in pr π eod. Alexand.conſ.102.vol.2. Odofred. in ſum. de libel.form.t. de actione pro ſoc.Oldend.cl.4.act.23.*

LXXIV.

Quod idem de fructibus intelligendum, quos ex re communi perceperit alter ſocius.

*l.pro ſocio.38.§.1.π eod.*

LXXV.

Quin & ſocium, qui in eo, quod ex ſocietate lucrifecerit, reddendo moram adhibuit, cum ea pecunia ipſe vſus ſit, vſuras quoque præſtare debere Labeo ait.

*l.ſocium.60.in pr.Et ibi Fulgoſ. π eod.*

LXXIV.

Nec minus ad hoc hæc actio intenditur, vt ſocius damni partem agnoſcat,(a) maximè ſi fatale ſit.(b)

*(a) l. cum duobus. 52. §. quidam. 4. ff eod. (b) d. l. cum duobus §. 3. & 4. Bald. in l. 4. in fin. C. com. vtr. iud. Roman. conſ. 172. num. 1. Marant. in ſpecul. p. 4. diſt. 9. n. 98.*

LXXVII.

Ideoque ſi pecus æſtimatum datum ſit, & id latrocinio aut incendio perierit, commune damnũ eſt, ſi nihil dolo aut culpa acciderit eius, qui æſtimatum pecus acceperit.

*d. l. 52. §. 3. Oldend. cl. 4. act. 21. tit. quid veniat in hanc action. n. 3. Lag. in meth. p. 3. cap. 21. n. 10. Petr. de Vbald. tr. de duob. fratr. p. 8. Marant. p. 4 diſt. 9. n. 98.*

LXXIIX.

Sed ſi à furibus id ſubreptum ſit, proprium eius detrimentum eſt: quia cuſtodiam præſtare debuit, qui æſtimatum accepit.

*d. l. 52. §. 3. §. præterea & ibi Hottom. Inſt. Quib. mod. re contrah. oblig. Cagnol. in l. 23. n. 20. ff de R. I. Duar. tit. pro ſoc. cap. 4. in fin.*

LXXIX.

Quod ſi quid dolo malo aut culpa ſocii acciderit, ſolus damnum portabit & ſarciet.

*d. l. cum duobus. 52. §. 3. l. res communis. 45. l. ſed ſi ex cauſſa. 47. §. 1. cum ll. ſeqq. ff. eod. §. fin. Inſtit. eod. l. contractus. 23. ff de R. I. Iul. Paul. lib. 2. ſent. t. 16. Angel. in §. ſequens. nu. 13. Inſtit. de Action. Alexan. conſ 47. n. 2. vol. 1. Cravet. conſ. 100. num. 10. Corneus conſ 174. n. 2. vol. 3. Pariſ. conſ. 81. n. 3. vol. 1. Ioan. de Amic. conſ. 38. nu 4. Socin. ſen. conſ. 24. n. 39. vol. 1. Capyc. deciſ. Neap. 174. n. 2. Lag. in meth. p. 4. c. 48. n. 5. & p. 3. c. 21. n. 9. Moz. h. tr. art. de natural. nu. 26. & ſeq.*

LXXX.

Nec juvat eum, quod in coëunda ſocietate ſaltem artem operamque ſit pollicitus.

*d. l. cum duobus. 52. §. ſi in coënda. ff h. t. Capyc. deciſ. Neap. 174. n. 2.*

LXXXI.

Pro vt nec illud, quod in plerisque aliis induſtriâ eius ſocietas aucta fuiſſet: non enim compenſatur compendium cum negligentia,

l. non

*l. non ob eam. 25. cum ſeq. π eod. Lag. in meth. p. 3. c. 22. n. 9.*

LXXXII.

Si tamen ſocii in pari dolo aut negligentia comprehendantur, compenſationi meritò locus erit.

*l. ſi ambo π de compenſ. gl. in §. fin. Inſtit. de ſocietat. Schneidvv. ibid. Lag in meth. p. 3. c. 21. n. 9.*

LXXXIII.

Culpa autem non ad exactiſsimam diligentiam dirigenda eſt. Sufficit enim talem diligentiam communibus rebus adhibere ſocium, qualem ſuis rebus adhibere ſolet. Et qui parum diligentem ſocium ſibi adſumit, de ſe queri, ſibique hoc imputare debet.

*l. ſocius ſocio. 72. & ibi Bart. & Fulgoſ. π eod. §. fin. Inſtit. eod. c. damnum. 86. & ibi Dyn n. 3. de R. I. in 6. Petr. Fab. n. 106. Delrio c. 16 & 17. Bocer. c. 4. num. 13. & DD. in l. contractus. 23. π de R. I. Alex. conſ. 47. n. 16. vol. 1. Cravet. conſ. 100. n. 10.*

LXXXIV.

Sic ſi quid ſocius contra pactionem contractæ ſocietatis admittat, rectè petitur, vt eius rei damnum ſartiat.

*l. ſed & ſocius 17. in pr. π eod. Oldend. cl. 4. act. 21. t. Quid veniat in hanc actionem. n. 6.*

LXXXV.

Datur etiam pro ſocio actio, vt præſtetur æſtimatio eius, quod intereſt ſocietatis, non fuiſſe illi intempeſtivè renunciatum.

*l. ſi convenerit. 14. l. ſed & ſocius. 17. §. fin. l. actione. 65. §. Labeo. 5. π eod. Guid. Pap. conſ. 20. n. 13. Oldend. cl. 4. act. 21. tit. Quid veniat in hanc actionem. n. 2. Decian. reſp. 96. n. 42. vol. 2. Maſcard. de probat. concl. 1310 n. 7.*

LXXXVI.

Eâdem quoq; petuntur ſumtus, quos in communibus negotiis gerendis ſocius neceſſariò vel vtiliter fecerit.

*l. pro ſocio. 38. §. 1. l. cum duobus. 52. §. quidam. & §. ſi quis. 15. l. ſi vnus. 67. §. pen. l. ſi ſocietatem. 73. §. 1. π eod. Azo in ſum C. eod. n. 32. Oldend. all. prox. loc. n. 5. Lag. in meth. p. 4. c. 48. num. 5. Decian reſp. 73. n. 19. vol. 5.*

LXXXVII.

Ii autem quos & ſine ſocietate ſocius facturus

eſſet, quales ſunt victus, amictus, & ſimiles in eam non veniunt.

*d.l.ſi vnus.67.§.2.Bald. in l.1.C.h.t.Schneid. in §. de illa.nu.7.Inſt.h.t.Menoch.2.de arbitr.iud.quæſt.127.n.10.*

LXXXIIX.

Si, cum tres ſocii eſſent, egerit cum vno ex ſociis ſocius, & partem ſuam integram ſit conſecutus: deinde alius ſocius cum eodem agat, & partem ſuam conſequi integram non poterit, quia facere ſolidum nequit: An is, qui minus conſecutus eſt, cum eo agere poſsit, qui ſolidum accepit, ad communicandas partes inter eos, id eſt exæquandas: Quaſi iniquum ſit, ex eadem ſocietate alium plus alium minus conſequi? Sed magis eſt, vt pro ſocio actione conſequi poſsit, vt vtriusque portio exæquetur, quæ ſententia habet æquitatem.

*l.verum 63.§.ſi cum tres.5.π eod. Neguzan.tr.de pignor.memb.2.par.5.princip.n.33.Mudæus in l.ſi Titius.& d.§.ſi cum tres.π eod.*

LXXXIX.

Actio hæc regulariter non datur niſi finita ſocietate. Nonnunquam tamen neceſſarium eſt, & manente ſocietate agi pro ſocio: veluti cum ſocietas vectigalium cauſſa coita eſt: propterque varios contractus neutri expediat recedere à ſocietate, nec refertur in medium, quod ad alterum pervenerit.

*l.actione.65.§.pen.π eod.l.tamdiu.vbi gl.& Bald.C.eod.gl.in §.fin.Inſtit.eod Salicet.in l.verum.in fin.π.eod.Angel.in §.ſequens n.13.Inſtit.de Action.Iaſon ibid.n.37.& 38.Petr.a Bella Pertica in l.ex placito n.4.C.de rer.permut.Mynſ.in §.rei perſequendæ nu.58.& ſeq.Inſt.de Action.Balb.de præſcrip.p.4.par.4.princ.verſ.decimo quinto.n.2.VVeſenb.in parat.π.eod.n.12.*

XC.

Condemnatus actione pro ſocio ſuo nomine infamis fit.

*l.1.l.furti.6.§.ſi quis alieno.π de his qui not.infam.§.ex quibusdam Inſtit.de pœna tem.litig.l.fin.C.ex quib.cauſ.infam irrog.Covaſ.4.miſcel.19.Duar.t.pro ſoc.cap.5.Lectius ad Aemyl.ad l.24.verſ.iudiciove publico π ad L.Iul.de adul.*

Porrò

XCI.

Porrò ſciendum, ſocium ſocii cauſſa non vlterius, quàm in quantum facere poteſt, condemnari poſſe.

*l. verum. 63. in pr. π eod. l. ſunt qui. 16. π de re judic. Petr. de Vbald. tr. de duob. fratr. p. vlt. Pariſ. conſ. 99. n. 64. vol. 3. Ferrar. in for. lib. in cauſſa ſociet. verb. ad dividendum. n. 5. text. in §. ſed & ſi quis & ibi Hottom. Inſtit. eod. Borch. tr. de compenſat. c. 1. n. 34.*

XCII.

Manet tamen naturalis obligatio in reliquo, de quo etiam promittere tenetur ſocius.

*d. l. 63. §. 4. π eod. Iaſon. in l. ſunt qui. circa fin. Borch. tr. de compenſ. c. 1. n. 34. Zang. de except. p. 2. cap. 13. n. 2.*

XCIII.

Videndum an & fideiuſſori ſocii ius illud competentiæ, vti vocant, competat, an vero perſonale beneficiũ tantum ſit. Quod verius eſt. Sed ſi hic fideiuſſor quaſi defenſor ſocii judicium ſuſceperit, proderit ſibi. Namque Iulianus lib. 14. Digeſtor. ſcripſit: Defenſorem ſocii in id quod facere poteſt, condemnari oportere.

*d. l. verum. 63. §. 1. π eod. l. etſi fideiuſſor. 24. π de re indic. l. exceptiones. 7. π. de except. arg. l. quia. 13. cum l. prox. π ſol. matr. Alex. in l. ſed hoc ita. n. 9 π de re iudic. Valent. Franc. de fideiuß. c. 3. n. 110. & ſeq.*

XCIV.

Patri autem vel domino ſocii ſi iuſſu eorum ſocietas contracta ſit, exceptio hæc danda non eſt: quia nec heredi ſocii, ceteriſque ſucceſſoribus hoc præſtabitur.

*d. l. verum. §. 2. Et ibi Mudæ. Bart. ibid. n. 5. Azo in ſum. C. eod. in f. Alex. in l. ſed hoc ita n. 5. π de re iudic. Moz. de art. de natur. nu. 24. Freig. in parat. π eod. in fin.*

XCV.

Sed non aliâs ſocius in id quod facere poteſt condemnatur, quàm ſi confitetur, ſe ſocium fuiſſe.

*l. ſi vnus 67. §. fin. π eod. l. ſed hoc ita. 22. §. 1. π de re iudic. Azo in ſum. C. pro ſoc. in f. Duen. reg. 329.*

XCVI.

Quid ſi ſimpliciter litem negatiuè conteſtatus fuerit, negando narrata, pro vt narrantur, an tunc hoc beneficium perdat? Nego.

*Bart. in l. ſi dubitetur. §. 1. π de fideiuß. Schneidvv. in §. ſed etſi quis. n. 4. Inſtit. de action.*

## XCVII.

Sic & beneficio hoc non gaudet is, qui erogat bona ſua in fraudem futuræ actionis: cum facere videatur, quò minus facere poſsit. (a) pro vt nec is qui ei renũciauerit. (b)

(a) *l. nemo. 68. §. fin. π eod. l. ſed hoc ita. 22. l. ſi quis dolo. 51. π de re iudic. Zang. tr. de except. p. 2. c. 13. n. 20.*

(b) *Azo in ſum. C. eod. Moz. h. tr. de natural. n. 24. Iaſon. in d. l. ſunt qui. n. 5. Zanger. d. c. 13. n. 32.*

## XCIIX.

Denique cum hac actione & aliæ concurrunt. Cum enim ſocietas ad emendum coiretur, & conveniret, vt vnus reliquis nundinarias epulas præſtaret, eosque ad negotium dimitteret, ſi eas eis non ſolverit, & pro ſocio & ex vendito cum eo agendum eſt.

*l. cum ſocietas 69. π eod. Cuiac. 4. obſ. 17. Vide Anton. Fab. coniect. 4. Niell. in fin. diſput. feudal. corol. vlt.*

## XCIX.

Sic rei communis nomine cum ſocio furti agi poteſt, ſi per fallaciam dolove malo amovit, vel rem communem celandi animo contrectet. Nec altera actio alteram tollet, cum & pro ſocio actione obſtrictus ſit.

*l. rei communis. 45. vbi Coſtal. l. merito. 51. π h. t. Pac. cent. 4. q. 99. arg. eorum quæ habentur apud Cuiac. 8. obſ. 24. Hottom. illuſt. quæſt. 29. gl. Dec. P. Fab. in l. 130. π de R. I.*

## C.

Eodem modo ſi contra pactionem ſocius committit, ſocietatis aut communi diuidundo judicio tenetur; nec ſi communi diuidundo actum ſit actio pro ſocio tollitur.

*l. ſed & ſocius. 17. l. ſi actum ſit. 43. π h. t. l. 2. in pr. π com. diuid.*

# Corollarii loco.

In illuſtri illa quæſtione, an mercatura nobilitati detrahat, affirmativè concludimus.

*per l. nobiliores. 3. C. de commerc. & mercat. l. ne quis. 6. C. de dignitat. lib. 12. l. ſi cohortalis. in fin. C. de cohort. eod. lib. 12. Tiraq. tr. de nobil. quaſt. 33. & poſt eum Mynſ. cent. 6. obſ. 54. Straccha de mercat. p. 3. n. 14. 15. Tiber. Decian. reſp. 7. n. 45. vol. 3.*

*FINIS.*

KAROLE Starck/ VIR FORTIS ERAS; tractando, quis Heres
Sit per Cæſareum Saxonicumque forum.
In graviore theſi nunc ES VIR FORTIOR; addens
Actio PRO SOCIO quo ſit agenda modo.
Nonné brevi, Patris inſtar, ERIS FORTISSIMVS; ex hac
Quando Schola ad Praxin progredieris? Eris.

*Ioſephus* Behr *Cotbus. V. I. D.*

---

ALIVD.

Per anagrammatiſmum remanente lit. T.

CRAS SOCIVS CLARVS.

QVem quæſo clarum prædicit nomen & omen
CAROLE? tu proprium reſpice nomen habes.
Quem ſocium claris addicit nominis omen
CAROLE? quæ remanet littera ritè docet.

TE fato clarum portendit nomen & omen:
Quicquid fata volunt vertere nemo poteſt.
Gnaviter euge igitur ſociorum vincla reſolve,
Et,quibus aſtricti,jura ſacrata refer.
Quid ſocio ſocius præſtet,quo jure,revolve:
Mox vt præclaris aſſociêre viris.
En,quod agis,moneo,ſuſceptum perfice curſum,
Omine ſic clarus Nomine clarus eris.
Continua ſtudium magnumq́ue imitare PARENTEM
Nomine ſic FORTIS, Re quoque FORTIS eris.

*Johannes Detlevus VVeſtphal.V.I.Stud.*

---

## ALIVD.

SCilicet is rerum ſtatus eſt,ita vivimus omnes,
Alter vt alterius promoveatur ope.
Da mihi per ſeſe ſolus qui grandia quærat
Commoda: cum ſociis vberiora feret.
Vt tamen haud quicquam,certâ niſi lege ligatum
Servetur,vires obtinuiſſe poteſt:
Sic contracta diu communio nulla futura,
Ni ſuſtentetur juribus illa ſuis.
Quæ,chartâ congeſta brevi, quod acumine mentis
Luſtras,rem dignam CAROLE laude facis.
Perge modò, & referes arte ingenioq́ue PARENTEM
Ac PATRIAE tandem commoda multa feres.

*Thomas Olympius Sangerhuſan.*
*LL. Studioſ.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214698-p0030-5

Jena, Diss., 1579-1600

ULB Halle 3
003 609 308

Sb.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214698-p0031-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214698-p0032-6

DISPVTATIO

# DE VTILISSIMA SOCIETATIS MATERIA

QVAM

*AVSPICE ET IVVANTE DEO*

*Ex conſenſu & autoritate Nobiliß. & ampliß. ordinis ICtorum in illuſtri ac celeberrima Academia Jenenſi*

SVB PRAESIDIO

LEOPOLDI HACKELMANNI I. V. D.

& Profeſſoris Pandectarum

Publici exercitii cauſſa diſcutiendam proponit

*CAROLVS STARCK*

*Dreſdanus.*

*Ad diem 18. Novemb. hora 7. matutina & ſeqq. in auditorio ICtorum.*

IENAE

Typis Tobiæ Steinmanni, Anno 1598.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214698-p0033-2